

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xvij. De irregularitatibus Clericorum ex homicidio, vel mutilatione
prouenientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- 36 Hinc sequitur, quid dicendum sit, si quis culpa sua incidunt in ameaciam, vel culpa sua somnum caput, & postea in furore, vel in somno aliquem occidit, an sit irregularis? Quamvis enim communiter dormiens non sit irregularis, ex d. Clem. Si furiosus, de homicid. & DD. ibi, si tamen vigilans adiuit se consueisse in somno arma capere, & homines offendere, & non adhibuit debitam diligentiam ut huiusmodi periculum evitaret, (puta includens se cubiculo obserato) si dormiens aliquem occidat, irregularis erit, & gratius peccat, & clarius sit irregularis, qui somno vittur, ut instrumento libera malitia ad executionem mali ab ipso vigilante excogitati, & deliberati, ita ut per somnum, tanquam instrumentum, exequatur scelus praecogitatum. Tunc enim actus in somno contingens peccatum est eo modo, quo actus exterior est peccatum in executio- ne; Sic enim peccatum inchoatur in vigilia, & consumma tur per instrumentum somni exequitum. Quo sensu vera erit opinio Palu. 4. d. 32. quest. 1. art. 2. Conclu. 3. & Caie. 2. 2. quest. 1. 50. art. 4. in fine. Qui enim in vigilia trahitur, & dat operam somno, ut aliquem occidat dormiens, aut qui vigilans homicidium procutatur, nec perfidere potuit, & ea cogitatione dormiens in somno aliquem occidit, cum non adhibuit debitam diligentiam, ut occasio illa vitare tur, sed somno potius vultus est tanquam instrumento, quo solitus est alios offendere, occidendo in somno, vere homicida est, & ut ratis castigandus, & irregularis iudicandus, cum homicidium illud sibi voluntarium, & prae- sumit sit; Sin autem in vigilia optabat occidere aliquem, & sciat etiam se solitum in somnis arma capere, & abit cubitum cum ira, & fortis imaginatione illius, si tamen debitam diligentiam adhibuerit, praecaudendo ne dormiens ali cui noceret, secuta morte irregularis non erit, Quia huic homicidium non imputatur tanquam voluntarium; & quia illa imaginatio in vigilia non est omnino certa, nec causa propinqua vel efficax homicidij, raro enim solet co- tingere, & ex altera parte, adhibita est diligentia, ne acci- deret, vnde non sufficit ad irregularitatem causandam, ut expresse docent Villadiago tract. de Ireg. ca. 6. de percus- fore. colum. 13. Marian. Socin. in cap. ad audienciam, num. 24. de homicid. Castro libr. 2. de lege penali, cap. 14. versic. prima ptinpalis Conclusio. Couarr. in Clem. Si furiosus, par. 2. in princip. nu. 6. de homicid. Nau. in Man. ca. 27. nu. 230. in fine. & Henriquez lib. 14. c. 15. §. 7. Petrus de Arra- gon. 2. 2. q. 64. art. 8.

De Irregularitatibus Clericorum ex Ho- micio, vel mutilatione prouenien- tibus. Cap. XVIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus quoquaque modo cooperator sit ad homicidium, vel mutilationem, secuta morte, vel mutilatione, irreg-ularis est.
- 2 Clericus sanguinis cause, non premisa protestatione, se immiscere prohibitum est.
- 3 Protestatio, quam pro rebus suis clericus in causa san- guinis premittere debet, quando facienda.
- 4 Clericus denuncians premisa protestatione, sed animo ficto, secuta morte, irregularis non est.
- 5 Protestatio humana ex animo conformi ei, quod dicitur in verbis, fieri debet, aliter tamen facta irregularita- tem non inducit, & quare.
- 6 Clericus, si causam ciuilis ad iudicem deferat, an nece- ssario premittere debeat protestationem, ut evitetur irreg-ularitatem.
- 7 Clericus reum capiens, cumque iudici tradens, si prius protestatus non sit, secuta morte irregularis efficitur.
- 8 Clericus, cuius domum furnolle ingressus est, si ab eo vul- neratus sit, ita ut postea ab alijs captus sit, & iudici-

- delatus, secuta morte, non est irregularis.
- 9 Clericus videns furem cum rebus suis fugientibus, suo clamore ab alijs acurrentibus occidatu leto, etiam si protestatione premisserit, irregularis efficitur.
 - 10 Clericus aliquem accusans de farto, vel iniuria altera- lata, secuta morte alterius, etiam premissa protestatio ne irregularis erit.
 - 11 Clericus accusatus, si se defendendo mors alterius sequatur, an & quando irregularitatem incurrat.
 - 12 Clericus crimen proditoris patrie ad iudicem secularis deferens secuta morte irregularis non est, dum non protestationem premitat.
 - 13 Ius Ecclesiasticum ius diuinum non defrui, sed pe- ficit.
 - 14 Protestatio ad uitandam irregularitatem necessaria est, quando clericus crimen ad iudicem Ecclesiasticum defert.
 - 15 Inquisitores fidei, tradendo hereticum brachio sculpi etiam si pro eo non intercedant, irregularitatem na- incurront.
 - 16 Iurisdictionem temporalem habentes, iudicis fe- ciales in causa sanguinis absque irregularitate confi- tuere possunt.
 - 17 Iurisdictionem temporalem habentes, clerici delegati alicui etiam specialiter super causa sanguinis posse absque incursa irregularitatis.
 - 18 Iurisdictionem temporalem habens clericus, sicut pri- ceps secularis ferre potest legem, qua aliquid sub pena mortis prohibetur, nec tamen morte secuta irreg-ularis erit.
 - 19 Clericus presentiam suam exhibens ubi quis pena mortis multetur, an & quando irregularis efficitur.
 - 20 Clericus, religiosus & beneficiarij ex curiositate, & su- insta causa interessentes, ubi exercetur pena sanguinis, peccant.
 - 21 Clericus, & alij, quando ex curiositate interessentur executiouem sanguinis.
 - 22 Clericus causam sanguinis nec cognoscere, nec dilat potest.
 - 23 Episcopus delinquentem aliquem in carcere con- quat, ubi breui ob carceris squalorem, aut ciborum subtra- ctionem moritur, irregularis est.
 - 24 Carcerem meliorem index reo dare non tenetur, quam si carcer communis.
 - 25 Confessarius, vel Theologus a iudice interrogatus de criminis aliquo, an mortem mereatur, nec ne, eu & quando respondendo affirmatiue irregularitatem in- currat.
 - 26 Confessarius dicendo iudici, se non posse illum absolu- nisti reum morte puniat, secuta morte non est irreg-ularis, & que huic sit ratio.
 - 27 Clericus adiuuans chirurgum, vel Medicum ad iusti- secundum agroti membrum irregularis non est.
 - 28 Chirurgis, & Medicis membra abscondentibus, quod Ecclesia irregularitatem non imponit, sicut Iudicibus iuste reos punientibus imposuit.

Q Viam quis haec tenus dicta sunt, ad Laicos spelle, possunt tamen fieri omnia etiam Clericis accommo- dati, quoquaque enim modo clericus cooperator iudicij fuerit, vel vt ludex, vel vt accusator, vel alio modo extra casus sibi a iure concessos, secuta morte, vel mutilatione, irregularis erit. Quia vero nonnulli casos sunt, qui magis propriè clericos attingunt, vt si mors sequatur, ex eo quod clerici res suas apud Iudicem seculariem petant, ut ex bello iusto, in quo clerici nonnunquam adesse solent, debitis omni- bus in hoc capite, & sequenti agendum nobis erit.

2. Amte.

Articulus vero dubia proponamus, sciendum est, clericis postulatum esse immiscere se causa sanguinis c. Clericis, & c. sententiam sanguini, Ne clerici vel Monachii, quod intelligitur non praemissa protestatione; Siquidem, iu cap. Praelatis de homicid. lib. 6. Bonifacius Papa VIII. aperte definit licet esse clericis absque villa irregularitate apud Iudicem secularem querelam proponere de malis factibus suis, & debitam satisfactionem & penam peccati etiam in causa criminali, & causa sanguinis id est, in cumibus dignis pena mortis, damnatio id facient huc praemissa protestatione, quod ad vindicacionem seu penam sanguinis non intendant, id est, mortis, seu mutilationis peccati, sed ad satisfactionem damni, & punitionem malefactorum. Hoc autem ius Canonicum concessit, ne clerici vel in suis personis, vel in bonis suis, impunè a lectoribus vexarentur. Hac autem protestatione praemissa, irregularis non erit, etiam postea iudex ad mortem, vel mutilationem delinquentis procedat, immo, etiam si certos iudicem mortuum accusato illorum, ex Felic. & Iano. Andr. & Panorm. in c. postulasti, numero 3. de homicid. Summa Confess. libro 2. titul. 1. quest. 46. & Couart. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 5. numero 1. versic. Quarto, de homicid. & Sacerdot. in capit. ad audientiam, numero 54. de homicid. & Angelica, verbo, Homicidium, 2. nu. 6. & Sylue. vero Homicidium, 2. quest. 8. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. 3. & 3. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. Homicidium casuale, quicquid Vincent. vt refert Panorm. contrarium in hoc casu senserit, Summa, Corona, titu. de Irreg. nume. 7. Cosmus Philarchus de offic. Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 11. §. 4. Ratio est: quia alias daretur materia trucidandi clericis & bonus suis polandi, vt recte Panorm. vbi supra, ex certis de homicid. libr. 6. colligit. Et quamvis S. Auto. Angelica, & Syluest. vbi supra, hoc dictum limitent, vt sciatis postulat Clericus res suas praemissa protestatione apud Iudicem secularem petere solum, quando non poterat alia via recuperare, secundum autem quando alia via possit eas recuperare, vt tamen recte notant Tabiena, vbi supra, & Henriquez lib. 14. capit. 1. §. 4. in antiqua litera M. et si haec limitata veta esse possit quoad peccatum, quoad irregularitatem tamen falsa est, fatus enim est sic haberi in d. cap. 1. praeclusis de homicid. lib. 6. non esse irregulariter, si praemissa protestatione res suas petat; quod, vt diximus, procedit, si alia vias res suas habere possit, siue non, & siue dubitet quod incircuetur, siue sciat.

Negat est necessarium, vt protestatio, quam pro rebus suis Clericus in causa sanguinis premitur, simili fiat dum accusatur, sed sius est eam iudicis proponeat, antequam sententiam proferat, vt optime & subtiliter Coua. in Clem. Si furiosus par. 2. §. 5. numero 1. versic. Quarto, de homicid. & Henriquez lib. 14. capit. 1. §. 5. tradunt. Quod si crimina, que penam mortis, aut mutilationis merentur, absque praemissa protestatione denunciant Clerici, subsecuta pena mortis, aut mutilationis in denunciatis, irr. regulares sunt, Qibus omnibus addo, quod licet Clericus, in Sacris denuncias oblitus sit premittere protestationem iuris, & consequenter irregularis sit, & vsu officij priueretur, & facile dispensacionem obtinebat, non tamen propter ea peccata mortaliter censabitur, vt Caier. in verbo, Irregularitas, in princip. & Henriquez. lib. 14. cap. 12. §. 4. in fine, animaduertunt; nec Nau. in Man. cap. 27. nu. 213. in fine, de nam. 26. in fine dicit peccare mortaliter, sed solum ait peccare. His bitemur annotatis.

Primum dubium est, An si Clericus denunciat protestatione praemissa, sed ficto animo, id est, protestatur se non vnde vindictam nec intendere causam sanguinis, sed solum sine iniuria satisfactionem, & tamen tenera intendit, & desiderat penam mortis, aut mutilationis, sit irregulariter?

Prima opinio dicit esse irregulariter. Sic Host. in Summa, 3. art. de homicid. §. Qua pena feratur, numero 5. refutatur, ut circa hanc materiam. Summa Confess. libro 1. quest. 46. Summa Astenfis. par. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 1. quest. 3. S. Anton. 3. par. tit. 29. ca. 2. §. Homicidium causatum, 3. 3. Anto. 3. par. tit. 29. ca. 2. §. Homicidium causatum, 3. 3. Anto. 3. par. tit. 29. ca. 2. §. Homicidium, 2. §. 6. Sylue. verbo, Ho-

micidium, 2. quest. 8. & Homicidium, 3. quest. 3. versicul. Sextum. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 226. versi. Duodeci mo. & citat pro se Ioan. Andr. D. minic. & Perinus. in cap. praelatis, de homicid. lib. 6. Maxol. lib. 5. cap. 48. §. 6. numer. 4. Alpons. Vinald. tract. de Irreg. num. 233. Summa Corona. tit. eod. num. 7. versi. limitant Doctores, Sebalt Medic. par. 2. tit. 9. quest. 3. 4. §. Decimo tertio. Ratio est: quia ficta protestatio non est vere protestatio, ergo perinde est ac si protestationem non praemitteret. Item, quia Clericus sic accusans ratam haber animo & consensu penam mortis in accusando, at qui ratam haber mortem alterius, si sit Clericus, est irregularis, cum ratib. retrotrahatur, & mandato comparetur, ff. de vi, & vi armata, l. 1. §. Quo-

Secunda, & verior opinio ait, non esse irregulariter, sic Felic. in cap. postulasti, de homicid. & ibi Anan. quos refert, ac sequitur Couar. in Clement. Si furiosus. par. 2. §. 5. numer. 1. versic. Sexto, facit Sotus, lib. 5. de iustit. quest. 1. artic. 9. in fine, vbi absolute tradit. Clericum pertinet in re sua restituitionem praemissa protestatione non esse irregulariter, & expresse Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. Octa. & Martin. Ledesm. 2. 4. quest. 16. artic. 2. tract. de Irreg. pag. 365. col. 3. & Jacob. de Graff. lib. 2. cap. 62. numer. 41. qui falso dicit talen in foro interiori esse irregulariter, & Cosmus Philarchus pa. 1. lib. 4. cap. 11. §. 4. Cordub. ad. dit. ad Sotum, in Relect. de iug. Secreto, memb. 4. qu. 3. Conclus. 5. quem refert, ac sequitur Henriquez lib. 14. ca. 3. §. 4. in annot. litera O. & cap. 11. §. 5. Ratio est: quia penitentia sunt restingenda; & quia nemo est habendus irregularis, nisi sit in iure expressum; at hoc non est in iure expressum. Immo, contrarium habetur in iure, siquidem in cap. praelatis, de homicid. lib. 6. Ponit sex ait non incurrit irregularitatem, si Clericus accuset praemissa protestatione; & actus interior non est sufficiens ad causandam irregularitatem; sed neque probabile est, Ecclesiam, ob oculum mentis intentionem, velle quem tam gravi pena irregularitatis dannare. Hoc tamen vt notat Philarchus intelligi debet, quando iuste sit, nam in iuste denuncians, secuta morte, vel mutilatione, irregularis est etiam si protestationem praemiserit.

Quod si dicas cum Nauarr. fictam protestationem non esse protestationem? Respondetur, quamvis propriè loquendo non sit protestatio quia protestatio humana debet esse ex animo conformi ei quod dicitur in verbis; ramen in communi hominum acceptione vera protestatio censetur, dum actu exteriori cum denunciatione malefactoris protestetur, & ius praedictum solum require videtur protestationem exteriorem; & Ecclesia non punit actus internos; ergo nec punit irregularitate malum illum affectum, vt enim optimè docet Cosmus Philarchus vbi supra non sufficit quæcumque complacencia, & voluntas penitentia ad irregularitatem; Siquidem accusatio ad hoc tendit vt puniantur delicta, & Ecclesia tradens Curia seculari cum praedicta protestatione, ideo facit, ne delicta maneat impunita, & ne detur occasio delinquendi; Sed satis est, quod principalis & formalis intentio accusantis non sit pena sanguinis, licet sit quod iustitia locum suum habeat & delicta non maneat impunita, & he protestatio non est mendax ficta aut fraudolenta. Quod vero dicant Clericum ratam habentem homicidium alterius esse irregulariter, quando est nomine suo factum, & iste, vt supponitur, approbat penam mortis. Respondetur, esse in hoc casu incurri irregularitatem, quia non est expressum in iure, de qua re in sequentibus agemus.

Secondum dubium est, An Clericus, si causam ciuilis deferat ad Iudicem secularem, necessariò praemittere debet protestationem, vt evitetur irregularitatem? Ratio difficultatis est: quia aliquando contingit, vt causa ciuiti delata ad Iudicem secularem, fiat transitus ad causam criminalem, in qua accusatus morte punitur. Respondetur cum Richard. 4. dist. 25. artic. 5. quest. 3. ad quintum. Panormit. in c. postulasti. nu. 1. & nu. 3. de homicid. & glo. in c. praelatis in verbo iustitia, de homicid. lib. 6. & glo. in c. Maximianus, in verbo, Confusum. 23. quest. 3. Specular. tin. de dispenstat.

spensat, §. iuxta, vers. Et sunt hæc. Nauar. in Man. cap. 27, nu. 21. 4. vers. Quinto. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 365. colum. 3. Armilla, verbo irregula- litas, §. 21. Maiol. lib. 3. capitul. 7. numer. 3. Summa Co- rona tract. de irreg. numer. 7. vers. Notandum tamen. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 5. & cap. 12. §. 8. & Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 5. numer. 3. vers. Octauo, & vers. Nono, de homicid.

Primo. Exiure communi, quando causa est ciuilis tan- tum, aut de leui delicto accusat, quod non est dignum pe- na mortis, aut mutilationis, non tenetur Clerici protesta- tionem villam premittere in denunciando, nec irregula- res erant, si absque protestatione denunciant, secuta mor- te illata per Iudicem iustitiae limites excedentem; vel ob aliquam cœtumaciam delinquentis vel ob aliquod aliud crimen in delinquentem deprehensem, de quo nullo me- do cogitauit Clericus dum denunciaret.

Secunda, si Clericus cum rei accusans præuidet proba- biliter delinquens periculum incurre pene sanguinis, tunc requititur protestatio ne fiat irregularis, quia est per- iculum in probabile pene sanguinis, cui periculum denun- ciatis obui re debuit. Quod procedit, etiam si in animo ha- beret quod non occidetur, aut mutilatur ille accusa- tus: Sicut enim actus interior, seu animos præaus non in- duicit irregularitatem, ut dictum est; ita nec ab ea quem- quam liberat, cum actus exterior ad homicidium ten- dens irregularis agentem constitutus, ex Couar. in Cœ. Si furiosus, par. 2. §. 5. numer. 2. vers. Septimo, de homicid. & hoc tam in foro iudiciali, quam in foro conscientiæ in hoc enim qui est irregularis in foro exteriori, est etiam in interiori, & e contra. Quare glo. in c. prælati, in verbo præstando expresse, de homicid. lib. 6. Colmus Philarchus lib. 4. ca. 11. §. 4. & Maiol. lib. 2. c. 7. num. 3. suadent, ut de- nuncians de hac sua protestatione publicam scripturam confici faciat, ad maiorem cautelam, argum. c. ex diligen- ti. i. fine, de simonia.

7. Tertium dubium est. An si Clericus reum capiat, & iudi- ci tradat, secuta morte, vel mutilatione, irregularis sit? Re- spōdeo, si non præmisserit protestationem, irregularis erit; secus vero, si eam præmisserit. Sic Franc. & Vanchelius, in ca. prælati, de homicid. lib. 6. Socin. in ca. ad audiendum, nu. 52. & 53. de homicid. Angelica, verbo Homicidium, 2. numer. 6. Summa Confessi. lib. 2. tit. 1. qua. 47. Summa Corona, tit. de irreg. numero 7. vers. Notandum tamen. Couar. in cœ. Si furiosus, par. 2. §. 5. numer. 3. vers. Decimo. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 8. Maiol. lib. 2. cap. 7. num. 1.

8. Quartum dubium est. An Clericus, cuius domum sicut in gressu n. cœ, cum ei; vulnus at, si p. stea furtæ socijs illius Clerici captus, & ad iudicem ductus sit, & iudeux mittat ad eundem Clericum petens, ut exponat si qua de fute, prædicto sciret inter signia, qui Clericus furus, & reru ab- lati; um signa iudici mittit, ut super facto furus illius nihil amplius inter mittens, subsecuta morte, aut mutilatione furus irregularis sit? Ratio isti cuius est: quia Clericus iste videtur causa mortis illius, & tenuis furti, quod non li- cit Clerico in causa sanguinis cap. testimonium, 11. quæf. 1. & cap. sententiam, ne Clerici, vel Monachi. Respōdetur Clericum hunc nullo modo irregularis esse, quamvis non præmisserit protestationem, quia tunc solù requiriuntur pro- testatio haec, quando ipsemet clericus tecum denunciatus apud iudicem secularem; in hoc autem casu ipse cu non denuncia, sed socij eius. Sed neque clericus iste inductus est tanquam testis contra reum, quia non accessit ad præ- sentiam iudicis quod sit in criminalibus in Auct. de testi- bus, §. Quoniam in fine, collat. 7. Nec per hoc quod clericus inter signia tradidit, coniunctus est aliquis de futo. Nō enim eo ipso est fur, quod animo furandi domum intra- uit, si de furtis, l. vulgaris, §. Qui furtum. Vnde cum nullo modo sit causa mortis secuta, aut ad plurimum valde remota, & insufficiens, non erit irregularis, ut colligitur ex cap. Tua nos, §. Ad ultimum, & ibi glo. in verbo Nonius, & ibi Panormitan. numer. 8. de homicid. Summa Astensi par. 2. lib. 6. titu. 14. artic. 8. quæst. 4. Sylvest. verbo Homicidium 3. quæst. 5. versicul. Sextum Maiol. lib. 2. capitul. 7.

num. 3. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 8. in fine. 9. **Quantum dubium est?** An clericus videns futem fugien- tem, cum rebus sibi furto sublati, si clamet, & vocet vi- stationem clamatis, irregularis sit? Ratio difficultate est, quia si dereliqueret eum apud iudicem secularem, & iude- dum occidat contra protestationem eius, non sit irregula- ris, ut diximus; ergo pari ratione nec si viciſſi cu occidat contra eius protestationem. Respondeatur cum Panor. in cap. significasti, 2. num. 12. de Homicid. Angelica, verbo Homicidium 2. numer. 4. Summa Confessi. lib. 2. tit. 1. quæf. 48. Sylvest. verbo Homicidium 2. §. 17. & Nau. in Man. 27. numer. 236. vers. vigesimo quarto. Couar. in cœ. Si furiosus, par. 2. §. 5. numer. 3. vers. Octauo, de homicid. & Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 3. irregularis esse secuta mor- te, aut mutilatione furis. Quia protestatio nihil iurat, si fiat ad alios, quam ad iudicem, qui non præsumit tam facili leges & iura vi. latius, nec in flagranti occidi- reum contra protestationem, ideo in eo casu clericus pro- testationem præmitens, secuta morte non erit irregularis. Quia vero adiuvante debuit sic clamans, quod prius homines concurrentes contra futem, vix solent ab occi- sione rei se tempestate, secuta morte etiam contra pro- stationem suam irregularis erit.

10. **Sextum dubium est.** An clericus accusans aliquem de furto, vel iniuria non sibi, sed alteri illata, vel testis ad- vocatus sit accusatoris in causa criminali, præmissa pro- testatione, irregularis sit, secuta morte, aut mutilatione ale- riis & prælens dubitatio est quid hoc facit pro aliis persona priuata, & qua sibi consanguinitate coniuncta non est. Respondeo, irregularis esse si denunciatur ob alienum causam tantum, aut testis sit, seu testimonium præberet, vel adiucatus sit accusantis, sive præmittat protestatio- nem, sive non immo, quamvis graui meū dicitus denon- ciat. Sic Nauar. in Man. cap. 27. num. 21. 3. in fine. Couar. in cœ. Si furiosus, par. 2. §. 5. numer. 4. & num. 3. de homicid. vbi refert Felin. in cap. postulasti, de homicid. glo. in capitul. testimonium 1. quæst. 1. Panorm. & Fe- lin. in ca. de cetero, de testib. & Villadiego tract. de megi. cap. de percussore, & expelle Henriquez lib. 14. ca. 11. §. 4. Colmus Philarchus lib. 4. cap. 1. §. 4. Summa Corona, tract. de Irreg. numer. 7. vers. Ei. quamvis. & Sebas. Me- die. par. 2. tit. 9. quæst. 34. 8. De imo tertio, & est communis opinio ut rota Couar. vbi supra. Ratio est: quia cap. Ita- latis, de homicid. lib. 6. sed in loc. in habet cum accusato- ri proponitur pro iniuria ipsi Clerico accusanti illata.

11. **Septimum dubium est.** Quid dicendum sit de Clerico- cula: o aut si sit adiucatus accusati? Respondeo ex Con. d. Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 5. num. 5. vers. Duodecimo, de homicidio.

Primo. Si Clericus accusatus sit in causa sanguinis, & de- fendendo se, petat absque protestatione præmissa, acu- torem calumniantem puniri, & accusator ex talionis 10. na per iudicis sententiam occidatur, irregularis erit. Sa- autem se defendens non petat accusatoris pena talio- nis, sed solum negat quod accusator sibi obijicit, quamvis accusatur postea tanquam calumniator a judece occi- datur, irregularis Clericus non erit, etiam si nulla prædi- tione vobis sit.

Secondo. Clericus accusatus de defendendo se, si præmis- ta protestatione, petierit accusatorem puniri morte per iu- lionem, secuta eius morte, irregularis non erit.

Tertio. Clericus adiucatus rei accusati, si petat puni- vi talionis morte accusatorem, secuta morte per iudicis sententiam, irregularis erit, etiam si protestationem præ- misserit, ut notat Panorm. in capit. sententiam, num. 15. No- clerici vel Monac.

Quarto. Clericus adiucatus rei accusati, si scilicet pa- cinando defensat accusatum, non petendo punitionem calumnioris, irregularis non erit, etiam si nulla protestatione sit vobis, si per iudicis sententiam accusator posse occi- datur, ut etiam fateatur Panorm. vbi supra, de Laco, & Clerico in minoribus, si quidem defensio accusati per se non tendit ad mortem accusatoris, nec ad eam ordinatur sed scilicet ad ipsius accusati innocentiam uendit;

sed

solum damnatur accusator, ex eo quod per calumniam alterum in iudicium sanguinis iniuste detulerit. Quae omnia ex Couar. vbi supra colliguntur.

12. *Oblatum dubium est.* An Clericus, si crimen proditionis patitur, vel crimen aliud contra Rempub. Regem, aut Principem ad iudicem secularem deferat praemissa protestatione, irregulariter sit? Et idem dubium est, si deferat crimen homicidij intentum contra aliquem innocentem, & praeferat si hoc homicidium sit contra parentem suum, fratrem, vel cognatum &c. protestetur se deferre eo animo, ut delicto imminenter, & futuro possit obuiari, & non vi de reo supplicium sumatur, sit irregularis, si facta inde inquisitione mors, aur mutilatio delinquentis sequatur.

Prima opinio dicit incurri irregularitatem, fundatum est, quia in cap. Prelatis, de homicid. lib. 6. solum pertinet Clericis in causa sanguinis denunciare protestatione praemissa, in causa & iniuria propria, hoc est, pro injunctis ibi factis, vel rebus, & bonis suis, v.g. pro iniuria facta uno mancipo, vel seruo, vel famulo, vel saltem suis cognatis, vel propinquis, scilicet parentibus, & fratribus suis, (huius omnes, sibi dicuntur, ex Panor. in cap. de cetero, nam 7. de testib.) non autem pro iniuria facta alteri personae, sic Felini, in cap. postulati, de homicid. vbi ait esse communem sententiam DD.

Secunda opinio dicit, non esse irregulariter si in predictis casibus praemissa protestatione denunciat malefactores, etiam ob defensionem alicuius alterius tertij innocentis. Ratio est, quia nimis durum esset Clericos, sic accusantes protestatione praemissa incurtere irregularitatem, quia & iure naturali, & lege charitatis accusare tenentur in predictis casibus. Non ergo in irregularitatem incurront. Non enim censetur Ecclesia, velle eos inhabiles facere ad usum Clericalem propter officium charitatis ex lege naturali debitum, & ob opus vnde pax, & quies Reipub. & Ecclesia consequi solet, sic Caiet. in 2. 2. quæst. 3. artic. 7. Sotus, lib. 5. de iustit. q. 5. art. 1. ad 4. & in relect. de tenebris secreto. memb. 2. q. 3. ante conclus. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. qu. 26. at. 1. fol. 364. colum. 4. Nauar. in Man. cap. 18. numer. 5. 4. & cap. 24. num. 11. & cap. 27. num. 213. in fine, & in ea. inter. verba, 11. qu. 3. coroll. 57. 58. Couarr. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 5. nu. 6. vers. Decimo quarto de homicid. ait fore irregulariter nisi pro eo intercedat, id quod satis manifeste colligi viderur ex c. Nouimus, de verb. signific. vbi habetur, quod iudex Ecclesiasticus tradendo brachio seculari aliquem, intercedere deber pro eo, quod est dicere quod protestationem faciat in tradendo eum brachio seculari, vnde Felini. & Henric. in cap. ad abolendam, de hæret. citati a Couar. docent facta hac intercessione, seu protestatione irregulariter non esse secundum ius Canonicum commune, quos etiam sequitur Aramil. §. 2. 4. Ceterum Medina lib. 1. Instrut. confess. cap. 11. §. 10. Polanc. in Direct. Confess. tit. de irreg. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 5. & Maiol. lib. 2. cap. 9. num. 8 & cap. 10. num. 5 & lib. 5. cap. 4. 8. 2. num. 9. & Tabiena, verbo irregularitas, 2. §. Nono & §. Decimo quinto. Alph. Viual. tract. de Irreg. num. 237. Thom. Zerula Episcopus Minorensis, in sua Praxi Episcopali, part. 1. in verb. Hæretici, dub. 12. Cosmus Philarchus lib. 4. cap. 11. §. 6. & Angelica verb. Homicidium, 1. numer. 2. 4. tradunt speciali iuris fuore & priuilegio, enfores fidei & illorum consultores absque culpa, & periculo irregularitatis simpliciter damnare posse hæreticos, & per sententiam declarare incurrisse penas auctoritate Pontificum, & legum impositas, & expresse Polanc. Medina Philarchus & Henriquez addunt, non fieri irregulares etiamque abfque protestatione eos comburendos iudici seculari tradant, & solum prohibent ipse inquisidores, & alii prelati exequi sententiam sanguinis, in capitulo sententiam sanguinis, Ne clerici, vel Monachi, & capitul. 3. eod. iii. libr. 6. Immo Tabiena, Maiol. & Henriquez vbi supra tradunt, quod postquam inquisitor hæreticæ præstatutis aliquem damnatum iudici seculari puniendum tradidisset, & iudex secularis tentaret diffire executionem, posset apud iudicem instare sub gravi comminatione, vt hæreticum illum comburat, abfque illo periculo irregularitatis, & Maiol. vbi supra id probat ex Bulla quadam Pauli III. 29. Aprilis, anno 1557. que habetur in judicial. Inquisit. in decreto 4. vbi prefatus Pontifex ad omnem dubitationem, & scrupulum tollendum decreuit, quod quicunque Clericus, vel Regularis, Episcopus, vel Cardinalis, aut qui quis alius, qui interest soleat in congrega-

videtur communior, probabilior, & magis consona equitati, & satis tuta, quæ in præxi obseruati possit sine scrupulo, maxime cum penæ restringenda sunt potius, quam amplianda.

14. *Nonum dubium est.* An necessaria sit protestatio ad eu-tandem irregularitatem, quando Clerici crimen deferunt ad Iudicem Ecclesiasticum? Respondet nullam tunc protestationem requiri, quia Iudex Ecclesiasticus, non potest imponere penam sanguinis, vnde protestatio hac solum necessaria est, quando denunciant, aut accusant in causa sanguinis malefactores apud iudicem secularem; & ita si Clericus denunciat hæreticos apud Inquisidores fidei, non tenerit facere predictam protestationem nec erit irregularis si postea hæreticus denunciatus, & convictus apud Inquisidores tradatur curia seculari, & comburatur, sic Henriquez lib. 14. cap. 1. §. 5. post Felini. in cap. postulati, de homicid. vbi Felini. hoc dicit in genere, quod quando causa incipit in iudicio Ecclesiastico, & finitur in iudicio seculari, siue cum causa incipit coram Iudice Ecclesiastico & finitur apud iudicem secularem, non requiritur protestatio. Ex qua Felini doctrina soluit quæstio illa, de qua Maiol. lib. 2. cap. 7. num. 4. olim interrogatum se fuisse scribit, Numirum, An Clericus deferens ad Episcopum incepsitum diffamat, aut ad alio crimine suspectum, vt canonice corrigeretur, & si Episcopus testes examinat, si acta furtim sublata, & delata ad Iudicem secularem fuerint, & incepsitum ille postea hac de causa morte multatus sit, irregulariter sit? Respondet & benè, nec deferentem nec testes ex actis coram Episcopo fuisse irregulares, secùs si iudicem secularem adjicient.

15. *Decimum dubium est.* An Inquisidores fidei irregulares fiant tradendo hæreticum brachio seculari, si non intercedant apud Iudicem secularem pro eo ut mitius se gerat erga illum? Respondet esse si consideretur solum ius commune, sic Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 5. nu. 6. vers. Decimo quarto de homicid. ait fore irregulariter nisi pro eo intercedat, id quod satis manifeste colligi viderur ex c. Nouimus, de verb. signific. vbi habetur, quod iudex Ecclesiasticus tradendo brachio seculari aliquem, intercedere deber pro eo, quod est dicere quod protestationem faciat in tradendo eum brachio seculari, vnde Felini. & Henric. in cap. ad abolendam, de hæret. citati a Couar. docent facta hac intercessione, seu protestatione irregulariter non esse secundum ius Canonicum commune, quos etiam sequitur Aramil. §. 2. 4. Ceterum Medina lib. 1. Instrut. confess. cap. 11. §. 10. Polanc. in Direct. Confess. tit. de irreg. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 5. & Maiol. lib. 2. cap. 9. num. 8 & cap. 10. num. 5 & lib. 5. cap. 4. 8. 2. num. 9. & Tabiena, verbo irregularitas, 2. §. Nono & §. Decimo quinto. Alph. Viual. tract. de Irreg. num. 237. Thom. Zerula Episcopus Minorensis, in sua Praxi Episcopali, part. 1. in verb. Hæretici, dub. 12. Cosmus Philarchus lib. 4. cap. 11. §. 6. & Angelica verb. Homicidium, 1. numer. 2. 4. tradunt speciali iuris fuore & priuilegio, enfores fidei & illorum consultores absque culpa, & periculo irregularitatis simpliciter damnare posse hæreticos, & per sententiam declarare incurrisse penas auctoritate Pontificum, & legum impositas, & expresse Polanc. Medina Philarchus & Henriquez addunt, non fieri irregulares etiamque abfque protestatione eos comburendos iudici seculari tradant, & solum prohibent ipse inquisidores, & alii prelati exequi sententiam sanguinis, in capitulo sententiam sanguinis, Ne clerici, vel Monachi, & capitul. 3. eod. iii. libr. 6. Immo Tabiena, Maiol. & Henriquez vbi supra tradunt, quod postquam inquisitor hæreticæ præstatutis aliquem damnatum iudici seculari puniendum tradidisset, & iudex secularis tentaret diffire executionem, posset apud iudicem instare sub gravi comminatione, vt hæreticum illum comburat, abfque illo periculo irregularitatis, & Maiol. vbi supra id probat ex Bulla quadam Pauli III. 29. Aprilis, anno 1557. que habetur in judicial. Inquisit. in decreto 4. vbi prefatus Pontifex ad omnem dubitationem, & scrupulum tollendum decreuit, quod quicunque Clericus, vel Regularis, Episcopus, vel Cardinalis, aut qui quis alius, qui interest soleat in congrega-

tionibus sacri officij inquisitionis, vbi tractatur de aliqua causa, in qua veniat imponenda pena sanguinis, nec ex consilio, nec ex voto dato in dicta congregatione fiat irregulatis.

Undecimum dubium est. Quid dicendum sit de Episcopis, & alijs Clericis habentibus Iurisdictionem temporalem. An possit absque irregularitate Iudex, & Magistratus constitutere, qui inquirant delicta, vt ea puniant secundum leges? Respondeo ex capitul. fina. Ne Clerici vel Monachi. lib. 6. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 53. S. Anto. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 2. §. 1. Summa Altenf. par. 2. lib. 6. ut. 14. art. 4. q. 1. Angelica, verbo, Homicidium, 1. nro. 10. Sylvest. verbo, Homicidium, 3. q. 5. versi. primum. Taberna, verbo, irregularitas, 2. §. Quarto. Couar. in Clem. Si furiosus, pa. 2. §. 5. numero 8. de homicid. Maiol. lib. 2. cap. 6. numer. 11. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 6. Cosmus Philarchas lib. 4. cap. 11. §. 4. & §. 6. Quod licet Clericis causas sanguinis agitare non licet, si tamen temporalem iurisdictionem habeant, possunt, & debent constitutere. Iudicem secularem, qui audiat causas præcipue sanguinis, cui possunt, & debent præcipere quod faciat unicusque iustitiam. Et si Iudex ille querat ab eis, quid agi debeat de aliquo, qui merevit penam sanguinis, abstinere debent ab omni consilio, verbo, scripto, iussu, aut mandato ipsi Iudici faciendo, ex quo Iudex reum occidendum tradat: sed tamen in tali cœnitu responderem possunt, quod consulat peritos: si enim propter prælati aliquius responsum directam, vel indirectam, Iudex ille intelligat, quod debet eum sanguine punire, puta, quia episcopus dixit, malum esse hoc facinus esse impunitum, si Iudex illum occidat; vel mutileat, erit irregularis, sicut Iudex ferens sententiam; Sin vero ex tali responso, scilicet, quando respondet querenti in particulari casu occurrente, dicendo consule peritos, vel hoc consilium non pertinet ad nos, vel nobis non licet interficere quenquam, vel non possumus per hoc consulere, vel similia, & Iudex qui petit consilium concordit in se, dicendo, si non mereretur, diceret absolute, quod non. Sed quia mereretur, ideo non vult respondere, ne fiat irregularis: etiamsi ex tali responso Iudex eum occideret, aut mutilaret, non erit irregularis Episcopus, quia non est in culpa, nec causa mortis illius. Vnde Tabiena vbi supra, dat hanc Regulam generalem, quando quis querit consilium, an propter tale delictum quis mereatur mortem, sine in generali, sine in speciali, & non imminet tunc casus in præsenti, respondere potest veritatem sine nota irregularitatis; si vero tunc imminaret, debet respondere quod consulat peritos & faciat secundum quod iura volunt, alias esset irregularis. Qam Regulam desumpt ex Panorm. in cap. Ex literis, ouai. 5. de excessi prælat. vbi addit, quod quando ex sola sua responso non sequeretur mors puta, quia omnino Iudex est dispositus ad illum decapitandum, & iste fuit interrogatus a quodam alio, quae pena debatur pro illo delicto, & ille respondit, quod pena capititis, ex hoc non sit irregularis: quia non est secura mors ex illa sua responso: & eadem habet sylv. verbo, Homicidium, 3. q. 5. versi. Quartum.

Potest etiam talis prælatus Iurisdictionem temporalem habens delegate alium quam specialiter super aliquo maledictio, puta homicidio, in sua iurisdictione commisso, vt inquisita veritate iustitiam exequatur & quamvis ipse delegatus postea exequatur, & occidat, non propter prælatus ille irregularis erit, c. fina. Ne cler. vel Monach. libr. 6. Angelica, verbo, Homicidium, 1. numer. 10. S. Anton. & Sylvest. cit. & Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 5. num. 8. de homicid. & glosa in capit. fina. in verbo, Hoc. Ne cler. vel Monach. libr. 6. Summa Altenf. lib. 6. par. 2. tit. 14. art. 4. quæst. 1. & Sylvest. verbo, homicidium, 1. quæst. 7. versi. Secundum. Quicquid Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 6. versicul. Nec debet Episcopus, neget posse Episcopum delegate vnam causam criminalem sine irregularitate, citans pro se Nau. tom. 2. consil. vlt. num. 2. de homicid. qui tamen id non dicit, solum enim eo in loco Nau. ait, quod licet committere potest generaliter iurisdictionem criminalem, non tamen dicere potest Commissario, qui condemnavit iam reum malefactorem ad mortem, vt mane illum occi-

dat, quia sic sine dubio esset causa, vt reus ille citius occidetur. Vnde alius est causa nostra, alius causa illa a Nauarro positus, vt constat.

18 Potest etiam Prælatus Iurisdictionem temporalem habens, sicut & Princeps secularis legem & statutum condere, quo aliquid sub pena mortis prohibetur, nec tamen sit irregularis, si Iudex ea lege ducus aliquem postea occidat, quia postea homo non infert penam, sed Lex, & quia in certam personam non animaduerit. Sic Archidi. in cap. officia, 23. q. 5. S. Anton. 3. part. tit. 29. §. 1. in fine. Syll. verbo, Homicidium, 3. quæst. 7. versi. Nonum, & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 6.

19 Unde decimum dubium est. An clerici exhibendo presentiam suam, vbi executioni mandatur pena mortis, irregularites sint? Respondeo cum glo. in c. Sententiam, in verbo, Sanguinis, & Innoc. & Panormitan. ibi, num. 6. Ne clerici, vel Monachi, & eodem Panor. in ca. ex literis, nu. 2. de excessi prælat. Angelica, verbo, Homicidium, 1. numer. 23. Summa Altenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. q. 2. Sylvest. verbo, Homicidium, 3. qu. 5. versi. Tertium Tabiena, verbo, irregularitas, §. Quinto. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 214. ver. Quinto. Martin. Ledef. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de Irregular. p. g. 364. colum. 4. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. na. 274. & num. 275. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 53. Summa Corona, tit. de Irregul. num. 15. & Maiol. lib. 2. c. 6. numer. 12. & Henriquez lib. 14. cap. tit. 12. §. 7. Quoniam cuncte clerici in sacris, Regulares, & alij beneficiarij, & alij quicunque clerici licet non sint in sacris, inter sunt sententia, aut executioni pena mortis, quasi auctoritatē consilium, auxilium, favorem, aut operam praestantes, irregularites sunt, vt ex cap. ex literis, de excessi prælat. & cap. sententiam. Ne Clerici, vel Monachi, colligi potest, & tales consentent prælati Iurisdictionem temporalem ibi habentes, siquidem praesentia sua opem, & auctoritatem prælate videntur negotijs iudicium suorum. Sicutiam Clerici qui inter sunt ad custodiandam eius, qui punitur pena mortis, ne ab ea liberetur, irregularites sunt.

20 Dixi temporalement Iurisdictionem ibi habentes, nam Episcopos, & Clerici si extra propriam Iurisdictionem interfint, vbi exercetus pena sanguinis, nullam praestando auctoritatem, irregularis non sunt, peccant tamen, vt nocte Nauar. Ledefin. & Henriquez vbi supra, & vt Panorm. in d. cap. ex literis, numer. 2. Altenf. Angelica, Sylve. Tabiena, & Maiol. cit. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 23. & Viuald. vbi supra, num. 276. addunt, grauitate, id est mortalitate si adhuc ex causa iniusta, puta curiositate, Crudeles enim est, qui tenet ad spectacula moris vadit, ex Greg. libr. 3. Dialog. cap. 37. quod Nauar. & Henriquez limitant ad Clericos facrorum ordinum, & Religiosos, & beneficiarios, secus autem si ex iusta causa adhuc, puta, vt audient confessionem rei, & associant eum ne incidat in desperationem, & consolentur, & horrentur ad patientiam, prout in multis locis observatur; Ideo vero peccare mortaliter Clericos interessando executioni sanguinis docent, quia faciunt contra cap. sententiam sanguinis. Ne Clerici, vel Monachi. Nonnulli tamen solum putant esse veniale, nec aliud colligi ex illo texu. Sed altera opinio communior est, & tunc.

21 Non autem assister ob curiositatem censor ille, qui tantum animo videndi furem, vel cognoscendum decipit, sed assister, vel qui, vt audiatur quare suspeditur, adhuc sed qui tantum adhuc, vt aliquam pulchram mulierem occidendam videat, vel vt verba aliqua ab executoribus socios solita dicit, audiatur, aut aliud simile, ex Alphonso Viualdo loco proxime allato, num. 277.

22 Decimum tertium dubium est. An cap. sententiam sanguinis. Ne Clerici vel Monachi, locum habeat in Clericis qui Iurisdictionem temporalem non habent. Respondeo cum Panormitan. & communis DD ibi, caput illud omnes Clericos comprehendere, id quod verba illa: Nullus Clericus & illa. Nec quisquam clericus manifestat; vnde nullus Clericus cognoscere, vel dictare sententiam sanguinis potest, sed neque literas scribere, aut dictare pro vindicta sanguinis possunt, si enim aliquid horum fecerit, secura morte, vel mulieratione irregularis erit. Immo, si

Cle-

Clericus in causa sanguinis nihil omnino faciat ut Iudex, aut Tabellio, sed aliqua simpliciter scribat, ut puta testium dicta recipiat, etiam in forma non Authenticata, si sequatur mors, vel mutilatio, irregularis erit, tanquam cooperator iudicij; ex Ioan. And. & Marian. in c. sententiam, libro 4. vers. Quinto quætitur. & Pan. ibidem, num. 13. ne Clerici, vel Monachi, Maiol. lib. 2. cap. 6. numer. 7. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 2. Item Clericus assistens Principi, vel Iudici, si deferantur literæ Principi, vel Iudici, quibus continetur, ut aliquem capiat, & ad mortem damnet, vel mulier, Iudex vero aut Princeps ignatus eorum, quæ in litem continentur, has literas Clerico suo tradit, eique iubet, ut eas aperiat, & legat, eas aperiendo, & legendendo, secuta morte, vel mutilatione irregularis erit, ex Ioan. Andr. Innoc. Host. & Marian. & Pan. in d. cap. sententiam, num. 14. qui dicunt ita responsum fuisse per Clementem Papam IV. & Maiol. lib. 2. cap. 6. numer. 9. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 2. in anno littera N. Quia ex lectura sua secutum fuit homicidium, & praestit auxilium, seu opem ad mortem ipsius.

Nec prodest, si dicat se ignorasse tenorem, quia vt sic Panorm. debuit literas sibi primò legere, aut saltem quia cito peruenit ad captionem, subiecte debuit, & literas Domino reddere, & dicere, quod tales literas legere non erat officij sui. Sic etiam Clericus mittens literas ad Iudicem Criminalem, quibus illum moneat, roget, aut mandet, ut aliquem expresso certio delicto in carcere tradatur, ex qua captura, vel incarceratione illo comperto de lito, mors, aut mutilatio sequitur, irregularis est, ex Host. quem refert, ac sequitur Sylvest. verbo. Homicidium 3. quæst. 5. vers. septimum & Simon. Maiol. lib. 2. c. 6. num. 10. & Henriquez lib. 14. c. 12. §. 10. Quod procedit siue suo, sive alieno nomine illas scribat, scilicet ut scriba, vel secretarius, eti enim cooperator, arg. d. c. sententiam. Et multo magis irregularis erit Clericus, qui accusator est in causa sanguinis, non præmissa protestatione, capitul. prælatis, de homicid. lib. 6. aut alio modo causa sit mortis, aut mutilationis, vt ex dictis constat. Sic etiam irregularis est Clericus, qui consilio, aut auxilio causa est, ut citius terminetur la criminalis, & notabiliter acceleretur mortis, aut mutilationis executio, vt notat Henriquez lib. 14. ca. 12. §. 7. vbi addit excusari ab irregularitate, qui faceret, aut diceret ali quid pli, vt si carnifici dicat, permittitur tibi facere officium tuum, quia ego feci officium meum in confessione vel exhortatione. Sed nec irregularis erit secundum eundem qui parum cooperatur, cum non censeatur causa mortis & propinquia causa influens, (quia patrum pro nihilo reputatur), vnde Sotus libr. 5. de iustit. qu. t. art. 9. circa medium irriter scrupulum illius Confessarij, qui cum reuquendam ad patibulum comitaretur, & casu iumentum eius, quod patibulum ducebatur, depulisset, inde scrupulum irregularitatis concepit, quod sua causa propterantur ad mortem venerat, sed neque irregularis est, qui reum non potenter incedere, nisi ægræ & difficile, ex pietate, & abh[ic]e vita intentione mortis, vel mutilationis eius, ad incedendum eum iuaret. Nec si indeliberatè diceret, propterens cito, aut qui ob vitandum dedecus impetrat a Iudice, ne reus ducatur per plateam, & dominum uxoris, aut parentum, quamvis per accidentem ex breviori via sequatur aliqua acceleratio mortis, ex Henriquez vbi supra, §. 7. Nec denique si reo dicat, ut ascendat alterum gradum scale, aut inexpertum lictorum docet modum, quo dandus est nodus fumi, aut volvendus cippus, parum est enim quod docet) vt nec qui docet atrem, & modum diligendi, vnde Henriquez libro 14. capit. 10. §. septimo, tradit.

¹³ Decimus quartum dubium est, An Episcopus delinquenti aliquem in carcere comiciens, vbi brevi moritur ob nimis carceris humiditatem, fetorem, vel squalorem, vel alimentorum subtractionem, irregularis sit? Respondet ex communione irregulariter esse, si brevi ob predictas causas moritur sic Ioan. de Lignan. in Clem. 1. de pecc. & remiss. quem refert, ac sequitur. Panorm. in c. cum non ab homine, numer. 3. t. de iudicijs, & in cap. Novimus numer. 4. de verb. signific. Zaba. in Clem. 1. de ho-

mocid. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta, versicul. Quid si aliquis tenet seruum. S. Anton. 3. par. tit. 29. de Irreg. cap. 2. §. vlt. in fine Marian. Socin. in cap. ad audientiam, numer. 57. post Panorm. & Anan. de homicid. & in capitul. de cetero, tit. eod. quos refert, ac sequitur Couar. Clem. 1. par. 2. §. 5. numer. 7. de homicid. Angelica. verbo, Irregularitas, 1. numer. 21. Sylvest. verbo, homicidium, 3. quæst. 5. versicul. Decimum, & quæst. 7. ver. Duodecimum, Tabiena. verbo, Irregularitas, 2. §. octauo. Maiol. libro 5. cap. 48. §. 3. numero 12. & Henriquez libro 14. capitul. 3. §. 7. & capitul. 15. §. 4. Per breve tempus aliqui ut Cardinal. in Clem. 1. de pecc. & remiss. quæst. 7. & Laud. ibi, & Ioan. Bernard. Diaz in Praet. Crim. Can. capit. 129. Panorm. in cap. presbiterum, numer. 3. & facit capit. continetur, de homicid. decem dies intelligent, si tamen transactis his diebus moritur, docent Episcopum irregulariter non esse, Alij paucos menses intelligunt. & Sylve. vbi suprà, quæst. 7. extendit ad sex vel octo menses. Sed prima videtur comuniter & certior, secunda nimis extendit, & meo iudicio res hæc arbitrio viri prudentis telinqua est, consideratis circumstantijs loci, temporis, personatum, & criminis. Quamvis enim propter asperitatem carceris, & tenuitate in ciborum vita sit attenuanda, non tamen taliter quo minus possit sustentari, Nam in d. cap. Nouimus, de verb. signific. dicitur, quod debet sustentari pane doloris: non ergo consumi, & occidi debet, vnde Panorm. notat, quod panis, & aqua debent administrari incarcero, in tanta quantitate, ut verisimiliter ex his natura sustentari possit. Addo tamen duo.

²⁴ Primum est, si carcer ille non sit plus aptus ad mortem, quam carceres communes esto ibi moriatur, non erit irregularis secuta morte. Quia sicut quis licet potest aliquem in carcere detrudere ad agendam penitentiam, sic etiam ob delictum potest Episcopus, vel Prelatus aliquem in carcere coniucere, ut ibi penas peccati soluat. Nec teneatur iudex reo meliorem carcere dare, quam si carcer communis.

Secundum est, si illa penitentia, aut pena canonica sit, per Canones, Legem, vel Religionis Constitutiones praescripta, quibus certe erratorum pena imponuntur, si Episcopus, vel Prelatus Regule sue Legis obseruator penam imponat, etiamsi delinquens per illam penam moriatur non efficitur irregularis, tunc enim executor solum est Legis, & Regulae, ut Tabiena. verbo, Irregularitas, 2. §. octauo. Maiol. lib. 5. capit. 4. §. 3. numer. 12. & Henriquez lib. 14. capit. 15. §. 4. arg. capit. 23. quæst. 1. recte annotatunt.

²⁵ Decimum quintum dubium est, An Confessarius, vel Theologus, aut alias interrogatus a iudice, num qui huius vel illius criminis reus est, mereatur penam mortis, irregularis sit secuta morte, vel mutilatione? Panorm. in cap. ex literis, numer. 5. de excessi. prælat. Summa Astenis p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. qu. 1. Angel. verbo. Homicidium, 1. numer. 11. & verbo, Irregularitas, 1. n. 4. Sylve. verbo, Homicidium, 3. q. 5. vers. Quartum Rosella verbo, Homicidium 4. nu. 9. Tabiena. verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo, Maiol. lib. 2. c. 9. nu. 6. & 7. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 4. Jacob. de Graff. lib. 2. c. 64. nu. 6. Alph. Via. tract. de Irreg. num. 256. Summa Corona tit. eod. nu. 7. versic. Et quamvis Cosmus Philarchus lib. 4. c. 1. 1. §. 4. Respondent irregulariter esse si causus interrogatus a iudice sit de praesenti aliquo reo, & delicto deducto in iudicium, non tamen esse irregulariter si causus interrogatus a iudice non sit de praesenti aliquo reo. Alij vero absolute docere videntur non esse irregulariter, quia tantum declarat veritatem, & quid iudex ex officio, & de iure facere teneatur. Ego in hac te claritatis gratia hæc quatuor dici posse existimo;

Primum est, Quotiescumque quis interrogatur in genere de aliquo delicto, aut malefactore, respondet id quod ex iure fieri debet in genere ut ex p[ro]p[ri]o causa si rogetur quis an ob tale crimen quis mereatur mortis, & respondet, mereari, secuta morte in aliquo non incurrit irregularitatem; & ita Concionatores, & Doctores cōcōnando, & legendendo in genere, ut iudices suū officium exequantur, & improbos de bitis p[ro]nis co[n]ceant, & castigent, nullam irregularitatem

Vu 2 incur-

Incurrunt. Neque componentes libros, & tractatus, & Commentarios, vel Consilia criminalia, quibus instruunt alios pro futuris casibus de infligendis pœnis corporalibus, de modo & forma procedendi & iudicandi irregularites sunt etiam si Indices eorum sententiam sequentes, vindictam sanguinis exerceant. Sicut nec Clericus interdictum est ferre leges, & statuta, aut Principi consulere, ut certis delictis pœnam mortis, aut mutilationis infligat, hoc enim sine via irregularitatis nota facere possunt, vt notat Innoc. in cap. ad audientiam, de homicid. Specul. tit. de dispensa. §. iuxta. vers. Quid si Iudex. Archid. in cap. officia, 23. q. 5. & idem Archid. & fauer. glo. in c. omnis in verbo vi qui cedem. dist. 3. & glo. in c. ex literis, in verbo, consuuit, ut excess. prælat. Hostiens. in cap. ex literis, de excess. Panorm. in c. 1. de furt. S. Anton. 3. par. ut. 29. cap. 2. 6. 1. in fine, fauere videtur. Sylue, verbo, Homicidium, 3. q. 7. vers. Nonum. Maiol. lib. 2. c. 9. num. 9. & 10. & Henriquez libr. 14. cap. 12. §. 6.

Secundum est, si quis interrogatur a Iudice, vel Principe. An hic res in particulari, suspendendus, vel decapitandus sit, tunc declarare potest veritatem, seu cautè eo modo quo dicemus, sine eo quod irregularitatem incurrit: Non tamen respondere potest, quod sit suspendendus, vel decapitandus, vel suspendatur, vel decapitetur, vel malum est si hic impunitus euadat, & hoc est quod Panorm. Angel. Sylvest. & alij relati dicunt. Nam ia d. c. ex literis, de excess. prælat. Episcopus Albiganensis censetur irregularis, quia de fure quodam praesentialiter accusato, ad iudicem dixit, malum esse quod fur ille euadat, non esse bonum ut impunitus permaneat, ex cuius Episcopi verbis Iudex illum, suspendit.

Tertium est, si Confessarius, aut alius clericus interrogatur a Iudice in particulari, An iste reus suspendendus, aut decapitandus sit, nec ne; tunc respondere debet in genere ut faciat officium suum, vel in genere dicat quod fures, & homicide secundum leges pœna mortis puniuntur, quo modo respondendi non incurrit irregularitas, quamvis Iudex faciendo officium suum, illum pœna mortis puniat. Quia rū responsio nō est in particulari adhibita, vt hic reus decapitetur, vel suspendatur, sed solum in generali facta est declaratio juris, & eius, quod secundum leges fieri debet.

Quartum est, Clericus sic interrogatus à Iudice in particulari. An hic reus sit suspendendus, respondere debet, ut consulat alios, aut leges inspiciat, vel suum officium faciat secundum leges. Similiter si interrogatur quid agendum sit de eo, qui probatus est fur, aut homicida, respondet, ut cōsulat Iuri peritos. sic Angel. Sylvest. Henriquez & alij citati communiter. Quia omnia procedunt ex causa facti officij Inquisitionis; Nam neque Inquisitores mandantes comburi hereticos, nec eorum consultores ex votis in iudicio sanguinis, irregularares sunt, ut superius duobus decimo expositum est.

26 Decimum sextum dubium est, At si Iudex dicat Confessario nolle se pœna mortis punire reum, qui vere secundum leges mortem meretur, Confessarius irregularis sit, si Iudicetur dicat, nō posse se ei absolutionem impendere, nisi reum illum morte puniat; Quidam irregulariter esse putant in hoc casu, quia in particulari dicit, vt Iudex reum morte pñiat. Alij tamen & rectius, quos sequitur Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 4. in annot. in litera R. cap. 16. §. 4. in annot. litera S. docent non esse irregularem, quia tandem declarat quid ex officio, & de iure facere tenetur Iudex. Nam si Iudex reuera mortaliter peccat non condemnando reum pœna mortis quam meretur, Confessarius ex officio suo tenetur absolitionem illi denegare, quia Iudex non habet propositum faciendi quod debet; & credibile non est quod Ecclesia irregularitatem imponat Clerico, ex officio suo declaranti penitenti iudicis id, ad quod Iudex ex officio est obligatus. Quare dicendum est, aliud esse si Confessarius dicat, suspende illum, vel interfice illum, sic enim cooperator esset cum Iudice ad mortem malefactoris; aliud vero esse si dicat, fac officium, quod debes, vel ego non possum te absoluere nisi feceris quod leges præcipiant, vel nisi punias reum pœna secundum le-

ges debita. Denique si respondendo declarat tantum in & obligationem quam habet Iudex ex officio suo, non incurrit irregularitatem, licet postea Iudex moueat ad puniendum reum pœna mortis. Sitamen respondendo aliquo modo, sit causa, vt Iudex exequatur pœnam mortis, tunc irregularitatem incurrit, quia illud non esset declarare ius, & obligationem quam habet Iudex, sed cum mouere ad pœnam mortis exequandam, & vna cum eo ad pœnam mortis cooperari. Neque irregularis est Confessarius, qui reo consulit consenserit in sententiam mortis iustam, aut in confessionem delitti debitam, & ne iniulta appellatione differat fieri in se executionem; At si appellatione iuste concessam consulat omittens, esset causus accelerationis, & irregularis, vt notat Henriquez d. §. 4.

27 Decimum septimum dubium est, An Clericus, qui adiuvat chirurgum, vel Medicum ad iuste secundum agroti membrum, sit irregularis? Ratio dubius est, quia is, qui ad iuvat Iudicem, in exequenda iusta pœna mortis, aut mutationis membra, est irregularis: ergo & qui adiuvat chirurgum, vel Medicum. Respondebit tamen istum Clericum non esse irregularem, sic Nas. ia Man. cap. 27. num. 217. 3. Decimo tercio vers. An autem, & tom. 2. consil. 18. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 11. §. 1. Et dispar ratio est huius, & illius casus; Nam sententia Iudicis est ad vindictam, & punitionem malefactorum, unde ius Canonici constituit, vt Iudices mortis pœnam imponentes, & iuvantes eum, sint irregularis, quia non imitantur Christum nisi mansuetum, cum potius crudelis sint. At vero chirurgus, vel Medicus, non fecat membrum ad vindictam, vel punitionem aliquius delicti, sed ex pietate & misericordia, & ad salutem agroti; & iuste Canonico non est imposita irregularitas huc chirurgo, vel Medico, nisi sit in culpa, & ex culpa eorum moriatur agrotus; & ideo si vir chirurgo, vel Medico irregularitatem Ecclesia non impofuit, sic nec Clerico, qui adiuvat chirurgum, vel Medicum irregularitatem imponit, sed solùm prohibet, ne ipsemet secrete possit.

De irregularitatibus Clericorum ex morte vel mutilatione in bello iusto secuta, prouenientibus. Cap. XIX.

S V M M A R I V M.

- 1 Bellum, ut licitum sit, quæ conditions requirantur.
- 2 Clericus propria manu in bello iusto pugnare prohibitus est.
- 3 Clerici etiam in sacris constituti ad suam propriam defensionem occidentes, aut mutilantes, si alter vitam suam tueri nequeant, irregularitatem non incurrit.
- 4 Praelati Ecclesiastici res ecclesie defendere tenentur.
- 5 Clerici pugnantes, & occidentes ad defensionem Regis in bello iusto irregularares non sunt.
- 6 Clerici bortantes milites in genere ut pugnent, orze, vel mutilatione fecuta, irregularares non sunt.
- 7 Clericus in bello iusto pugnans, aut fauorem, vel auxilium praeflans, secuta morte, vel mutilatione, irregularis est.
- 8 Clericus bello iusto si intersit ad pacem componendam vel ad confessiones audiendas, secuta morte, non est irregularis.
- 9 Clericus bortans, aut consulens alteri, ut pro fide Christi moriatur secuta morte, irregularis non est.
- 10 Clericus bortans, aut consulens alteri, ut pro reipub. aut patriæ defensione moriatur, morte secuta, irregularitatem non incurrit.

11 Cler-